Actum in Castro Lublinensi Feria Secunda ante Festum Præsentationis Gloriosissimæ Virginis Mariæ proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Quinto

Comparens personaliter coram Officio et Actis Capitaneal[ibus] in Castro Lublinensi Nobilis Stephanus Sherzicky olim Nobilis Stephani Sherzicky cum olim Nobili Sophia ...zeszka procreatus filius Sanus mente et corpore existens Foro Competenti omisso et Jurisdictione propria posthabita præsenti vero in se suscepta ac Persona sua omnia quæ ad Actum

Luca

nunc benevole a sumpta publice liberequè recognovit Lucas ipse Laboriosum Casparum Wosik cum Uxore pueris pecoribus pecudibus tota que Supellectili domestica subditum suum proprium nativum et hereditarium in bonis Villas Wierzbice in Palatinatu et Districtu praesenti Lublinensi existentem cum omnimoda eadem Subditi proprietate propinquitate tituloque hereditario Jamex nunc et de facto Generoso Thomae Wierzbicki Fratri suo germano et ipsius Successoribus dedit, donavit inscripsit et resignavit prout praesentibus modo puro mero ac irrevocabili donatio

Jamex nunc

mo

nis dat donat inscribit, et resignat
dono perpetuo ac irrevocabili Ita ac
sua personali recognitione ad prae-
missa omnia ac[illegible]te. Concedit Bielski

Le Brzicki

Gnosius x Wierzbicki
Gnoso Wierzbicki Donat
In Cro Lublinen A.D. 1686

G. Stefanus Wierzbicki Gno
So Thomæ Wierzbicki fratri
suo germano L. Gasparum
Wosik de villa Wierzbica
subditum Donat 1685

Feria secunda ante festum Præ
sentation B. V. Mariæ

3

Actum in Castro Lublinensi Feria Tertia ante Festum Sancti Nicolai Pontificis, Proxima. Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Octuagesimo Quinto.

Comparens personaliter, coram Officio et Actis, praesentibus Capitanealibus, in Castro Lublinensi Generosus Thomas Wierzbicki, olim Generosi Stephani Wierzbicki, cum olim Generosa Zophia Brzeska procreatus Filius Sanus mente et Corpore existens Foro competenti omisso, et Iurisdictione propria posthabita. praesenti vero in se posteros, ac bona sua omnia quo ad Actum hunc tenendum assumpta publice libereq[ue] recognovit. Quia ipse Bona sua propria et Haereditaria

Infrascripta videlicet Laboriosum Gasparum Wosik, Subditum Suum hæreditarium, per Generosum Stephanum Wierzbicki, sui recognoscentis Fratrem Germanum, Feria Secunda, ante Festum Præsentationis Gloriosissimæ Virginis Mariæ proxima Anno præsenti Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Quinto, coram Actis præsentibus sibi Recognoscenti datum, et resignatum, una cum Uxore, Pueris, pecoribus, pecudibus, totaq supellectili Domesticas. In Bonis villæ Wierzbica, in Palatinatu, et Districtu præsenti Lublinen. Existens, cum omni eiusdem Subditi Iure Dominij, Proprietate, propinquitate Tituloq hæreditario. Iam ex tunc et Defacto Generoso Valentino Wierzbicki

sui: Item Generosi Zachariæ Wierzbicki

Filio Fratri suo Patrueli et suis suc
cessoribus. Dedit donavit. Inscripsit,
et resignavit prout praesentibus dat
donat inscribit et resignat perpetuo
et in Aevum. hac sua personali reco
gnitione ad praemissa omnia accedente.

Correxit Zelisławski mp

Legit cum Actis Łazowski

Gnosus Wirzbicki Gnoso
Wirzbicki Donat
Inscr. Lublinen 1685

WiMBP
im. H. Łopacińskiego
w Lublinie
sygn. 498